pronunciant) dicendum etiam de his est, quo pacto habeant erga expositas hactenus amicitias. Simile autem tam ad iucundum, quàm bonum refertur. Bonum enim simplex est, malum verò multiplex. Et bonus similis sibi semper, neque mores mutat: prauus autem & stultus, sibi dispar est manè & vesperi. Quocirca nisi inter se pacisçantur mali, amici sibi inuicem non erunt, sed dissiliunt: quæ amicitia minimè firmissima est. Quare eatenus simile amicum est, dum similе bonum sit. Interdum autem iuxta voluptatem consistit: similibus enim eadem iucunda sunt, & naturâ quodque cuique iucundum est. Vnde & voces, & habitudines, & conuersationes, cognatis inter sua suauissimæ solent esse, cùm hominibus, tum cæteris animantibus. Atque hac possunt etiam prauis se inuicem diligere, &

Malus malo iucundè conuiuit.

Contrarium autem cõtrario amicũ, quemadmodum vtile. Nam quod sibi simile, id inutile est. Quapropter dominus seruo, & seruus domino indiget, & vir, fœminá que inter sese mutuó. At iucundum, & desiderabile, contrarium, vt vtile, non quà in fine, sed quà vt ad finem. Nam vbi consecutus est quod concupiscebat, in fine quidem iam est, sed contrarium non concupiscit: veluti calidum, ipsum frigidum. Porrò & contrarij, boníque amicitia quædam est: se inuicem enim per media desiderãt, vt symbola, non vt ex ambobus vnum medium fiat. Per accidens autem contrarij desiderium est, per se autem medietatis: neque enim se inuicem, sed medium concupiscent contraria. Nimium enim algentes, ad medium reducuntur, cùm calefiunt, & calentes cùm frigefiunt. Similiter & in reliquis. Sin verò non semper fit, agrauit cupiditas, non in medio erit, sed gaudebit natura iucundis citrà cupiditatem in medio constitutus. Alij verò omnibus, quæ naturalem habitudinem egrediuntur, quæ species etiam inanimatis competit. Amare autem contingit, quando fuerit in animatis: quocirca nonnunquam dissimilibus gaudent, velut austeri facetis, irritabiles ad iram tardis, vt qui à se inuicem ad medium reducuntur. Per accidens igitur, velut ostensum est, contraria amica propter bonum sunt. Quot igitur species amicitiæ sint, & quæ differentiæ, iuxta quas discernuntur amantes, ac amati, idque sic vt amici absque illo vocentur, dictum est hactenus.

A τὸ ἐναντίον) λεκτέον καὶ περὶ τούτων πῶς εἰσὶ φορὰς τὰς εἰρημένας φιλίας. καθάπερ καὶ τὸ καλὸν ὅμοιον καὶ εἰς τὸ ἡδὺ καὶ εἰς τὸ ἀγαθόν· τέ γὰρ ἀγαθὸν ἁπλοῦν, τὸ δὲ κακὸν πολύμορφον· καὶ ἀγαθὸς καὶ ὅμοιος ἀεὶ, καὶ οὐ μεταβάλλει τὴν ἕξιν· ὁ δὲ φαῦλος καὶ ἄφρων οὐδὲν ἔοικεν ἑωθεν καὶ ἑσπέρας. διὸ ἐὰν μὴ συμβάλλωσιν οἱ φαῦλοι, οὐ φίλοι ἑαυτοῖς, διὰ διίστανται· ἡ δὲ οὐ βεβαία φιλία. ὥστε οὕτω καὶ τὸ ὅμοιον φίλον, ὅτι ἀγαθὸν ὅμοιον. ἔστι δὲ ὡς καὶ κατὰ τὸ ἡδύ· τοῖς γὰρ ὁμοίοις ταῦτ' ἡδέα, καὶ ἕκαστον δὲ φύσει αὐτὸ αὑτῷ ἡδύ· διὸ καὶ φωναὶ καὶ ἕξεις καὶ συνημερεύσεις τοῖς ὁμοηθοῦσιν ἡδεῖαι φίλοις, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις· καὶ πανταχῇ ἐνδέχεται καὶ τοῦ φαύλοις φίλοις φιλεῖν.

Κακὸς δὲ κακῷ συνέπηκεν ἡδονῇ.

B τὸ δ' ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ φίλον, ὡς τὸ χρήσιμον· αὐτὸ γὰρ αὐτῷ ὅμοιον, ἀχρήστον. διὸ δεσπότης δούλου δεῖται, καὶ δοῦλος δεσπότου, καὶ γυνὴ καὶ ἀνὴρ φίλοι, καὶ ἡδὺ καὶ ὀπτὸν μιγὲν τὸ ἐναντίον ὡς χρήσιμον, καὶ οὐχ ὡς ἐν τέλει, ἀλλ' ὡς πρὸς τὸ τέλος. ὅταν γὰρ τύχῃ οὗ ὀπτὸν μεῖ, ἐν τῷ τέλει ἤδη ἐστὶν· οὐ ὀρέγεται δὲ τοῦ ἐναντίου, οἷον τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ. ἔστι δέ πως καὶ ἡ τοῦ ἐναντίου φιλία τοῦ ἀγαθοῦ. ὀρέγεται γὰρ φίλων διὰ τὸ μέσον· ὡς σύμβολα γὰρ ὀρέγεται φίλων· διὸ οὐ τῷ γένεσθαι ἐξ ἀμφοῖν ἓν μέσον. ἔπι κατὰ συμβεβηκὸς ὄντι τοῦ ἐναντίου, καθ' αὑτὸ δὲ τῆς μεσότητος. ὀρέγονται γὰρ οὐκ φίλων τὰ ἐναντία, διὰ τὸ μέσον· ὑπερβαλόντες γὰρ, ἐὰν θερμανθῶσιν, εἰς τὸ μέσον καθίστανται· καὶ ὑπερθερμανθέντες, ἐὰν ψυχθῶσιν. ὁμοίως δὲ καὶ ὅλῃ τῷ ἄλλων. εἰ δὲ μὴ, ἀεὶ ἐν ὀπτῇ μία, καὶ ἐν τοῖς μέσοις· διὰ χαίρει ὁ ἐν τῷ μέσῳ αἴνευ ὀπτῇ μίας τοῖς φύσει ἡδίστοις· οἱ δὲ πᾶσι τοῖς ἐξιστᾶσι τῆς φύσεως. τοῦτο μὲν οὖν εἶδος καὶ ὅλῃ τῷ ἀψύχων ὄντι τὸ φιλεῖν δὲ γένεται, ὅταν ἡ ὅλῃ τῷ ἐμψύχων. διὸ ἐνίοτε ἀνομοίοις χαίρουσιν· οἷ αὐστηροὶ ὀξυτραπέλοις, καὶ ὀξεῖς ῥαδύμοις. εἰς τὸ μέσον γὰρ καθίστανται ὑπ' ἀλλήλων. κατὰ συμβεβηκὸς οὖν, ὡς εἴρηται, τὰ ἐναντία φίλα, καὶ διὰ τὸ ἀγαθόν. πόσαι μὲν οὖν εἴδη φιλίας, καὶ τίνες διαφοραὶ καθ' ἃς λέγονται οἵ τε φίλοι καὶ οἱ φιλούμενοι, καὶ οὕτως ὥστε φίλοι εἶναι καὶ αἴνευ τούτου, εἴρηται.

Κεφάλαιον